

Franckesche Stiftungen zu Halle

Rector Academiae Lipsiensis Festvm Natali Domini Sacrvm In Templo Pavlino Sacra Oratione Latina Celebrandvm Intimat

Müller, Johann Kaspar

[Leipzig], [1710?]

VD18 9081665X

Abschnitt

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-200547

L Acta chori Angelici voce ea ipsa, qua natus est, nocte, tanquam PRINCIPEM PACIS celebratum esse *Saluatorem* nostrum, cuius natalem lactissima die, cuius lux nobis cras illucescet, pia memoria recolemus, sacra Euangeliorum monimenta nos docent. Postquam enim ab *angelo* sanctis Pastoribus annunciatum esset magnum illud nati $\Sigma\Omega\Theta\text{P}\Omega\text{C}$ Christi & Domini, mysterium, statim coelestis exercitus, sese demittens, *gloriam Dei in excelsis celebravit*, & PACEM terris red- ditam, gratiamque hominibus factam. Ita nempe פָּרָשׁוֹת PRINCEPS PACIS iam audiebat patribus, aude ipsum expectantibus: quod temere vel Esaiæ filio, vel Ezechiae, accommodare laborant verpi, quibus, ut cetera taceamus, obstat, quod in neutrum illorum confirmatio regni PACIS in aeternum, cuius Propheta meminit, cadere possit. PAX vero ab eo constituta tam luculentis oraculis proditur, ut nulla res illustrioribus praedictionibus niti videatur. Tam profundam eam fore praedixit Esaias Propheta, *ut constluros gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces populos dicat, nec leuaturam gentem gladium, nec exercendas eas ultra ad praelium esse: Imo lupum cum agno habitaturum.* Similiterque *pactum* PACIS promittit fidelibus regni Messiae subditis Ezechiel vates: ut alia taceam. Vaticinia tam illustria augustissimo sensu complementum suum habuisse magnorum Ecclesiae luminum sententia fuit; ita, ut natalem SALVATORIS terris quoque PACEM attulisse existiment eam, qua huius vitae felicitas nititur. Anno enim V. C. 749, in quem incidisse Natalem Christi existimant hodie, qui accuratius temporum rationes inire norunt, XXVI elapsi fuerant anni, ex quo Caesar Augustus orbis Romani habenas solus moderabatur. Trivmuitu enim extincto, Antonio victo, Senatus Populique Romani consensu Rempubliam solus hucusque administrauerat, tanta felicitate, ut victis Barbaris, aut eorum impetu represso saltem, PACEM ex multorum sententia restituerit vbique, ut scilicet, prout magnis & piis viris est visum, PACATOR orbis Christus, PACIS tempore nasceretur, plenissimeque euentus editis de eius temporibus oraculis responderet.

Hacc

)(2

Luc, III, 14.

Ec, VIII, 6.

Esai, II, 4.

Ec, XI, 5. 6

Ez, xxxiv,

21. sq.

XXXVII,

24. sq.

35 42

De Ciuit. Haec fuit doctissimorum inter patres, Augustini, sententia, qui
 Dei c. 46. diserte *imperante Caesare Augusto, & per eum orbe pacato natum esse*
 Hist. VI, *Christum* dicit. Eademque etiam Orosius sibi persuasit, coetaneus Au-
 22. gustini atque familiaris, *Tempore, quo firmissimam verissimamque PA-
 CEM ordinatione Dei Caesar composuit*, natalem Christi incidisse testa-
 tus. Pariterque Hieronymus *nascente Domino omnia bella cessasse* ait.
 in cap. II. Denique etiam in Martyrologio Rom. D. XXV. Decemb. Natali Christi
 . Ela. *sacra, dicitur, Christum in lucem produisse toto orbe in PACE composito.*

Eo pertinent, quae de templo Iani circa tempora Natalis Do-
 mini clauso, quod signum erat PACIS in orbe Romano, ma-
 gno eruditionis apparatu disputarunt viri quidam eruditi. *Idnem-
 pe semel atque iterum a condita vrbe memoriam ante suam clausum in
 multo breuiore temporis spatio, terra marique PACE parta ter clusit Au-
 gustus*, vt diserte Suetonius testatur. Prima vice id factum esse, post-
 in Aug. c. quam debellatum pugna Aetia cum Antonio & Cleopatra esset circa
 22. Ann. 725. V. C. altera post Cantabros atque Astures in Hispania victos,
 Hist. Rom. circa A. V. C. 726, vt ex Dione Casio clarissime demonstrauit, erudi-
 L. 51. 54. tissimus Purpuratorum Romanorum Henricus de Noris. Idem tertia
 Cenotaph. vice Ianum clausum esse existimat, versus annum 748 Urbis Romae,
 Pis. Diff. II. post triennium nouis ingruentibus in orbe Romano tumultibus, iterum
 c. 10. apertum: Hoc sane minus congruit ab Orosio traditis, qui circa nata-
 Hist. VI, lem Domini clausum Ianum, *per duodecim fere annos dicit fuisse.* Cu-
 22. ius suffragio potissimum nixus ex Gallis, vir doctus, Paulus Pezronus,
 Hist. Euan- Ianum postrema vice ab Augusto circa annum V. C. 746. clusum, ante
 gel. P. I. annum 758 iterum apertum non fuisse, existimat. At sane de tempo-
 re clausi ea vice Iani cum Pezrono non facile sentiat, qui considerauerit,
 L. LV. apud Dionem ad ann. 747. memorari, Tiberium, post triumphum de
 Germanis, paulo post coortis in Germania motibus, *ad bellum profe-
 ctum esse.* Ergo hoc tempore bellis Germanorum adhuc perturbata
 Germania Ianus nondum claudi potuit. Quod clarissimum argumen-
 tum nobis anteponendum Pezroni coniecturis videtur, de Sicambri-
 anno 746 pacem petentibus, Ianoque propterea cluso. Contra ab anno
 748. nulla bella gesta a Romanis leguntur, nisi quod Zonaras ortos in
 Armenia tumultus commemoret, quos tamen Artauasde Armeniae im-
 posito, statim Augustus pacauit. At vltra annum V. C. 752 illam pa-
 cem profundam non durasse, clarissime mihi videtur probare Norisius

ex loco Dionis in excerptis Valesianis, quo post narrationem de Iuliae p. 664. adulteriis ad Augustum delatis, quod anno 752 contigit, *legiones*, ait, *quae ad Istrum castra habebant, pacis more obeuntem spectauisse Caium Caesarem, bellum enim nullum ab eo gestum esse, non quod bellum nullum ingrueret, sed quia belli discrimina aliis mandabantur.*

Certum itaque Natalis Christi tempore PACEM orbem Romanum habuisse. Idque vel *census* suadet, ab Augusto, referente Euangelista, *ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ* tum actus, quod fieri, nisi profunda tranquillitate conquiescentibus omnibus, haut potuisse videtur. Neque sine consilio Dei id factum existimem, vt Princeps PACIS ea cum maxime aetate nasceretur, quae parem PACIS felicitate non agnosceret. Neque est tamen quod malitiose nobis insultent Iudaei, nimium brevis durationis illam PACEM fuisse blaterantes, quam vt respondeat augustis illis vaticiniis, quae in suis oraculis de PACE AETERNA, per Mesiam suum reducenda, inueniuntur. In eius nempe regno, *oriatur iustitia, & abundantia PACIS, donec auferatur luna*, praedicente Dauide, *neque mouendum est vnquam*, iuxta Esaïam, *foedus PACIS eius*. Sane enim non illa quidem PAX est, qua a Iesu Christo constituta, complementum suum omne oracula de Christo, exitum sortita. Illam putamus potius, quae motus animorum sedat, & mentes humanas, etiam dum inquietis illigantur corporibus, componit, & beatitatis aeternae nulli vnquam perturbationi obnoxiae compotes facit, PACEM spectamus. PACEM inquam, quae *partim* Deo cum hominibus incereedit, omnis salutis eorum fundamentum, *partim* etiam cum angelis Dei, aliisque hominibus, ex indole regni Christi colitur. Et PACIS quidem illius, quae inter Deum & homines initur, sancienda initia & quasi fundamenta, ipsa illa salutaris incarnatio, excipiensque eam natiuitas Saluatoris, qua manifestatus est in carne, cuius memoriam crastino die celebrabimus, nobis praebent. Dum enim humanam naturam arctissime sibi iungit diuina, atque in ea manifestatur, natura cum natura amicissimo PACIS vinculo coalescit. Quemadmodum vero *Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ* in carne ita manifestatus est Deus, *ὡς διὰ τοῦ πνεύματος* h. e. vt virtute naturae diuinae, (quae est *πνεῦμα* Christi *αἰώνιον* Spiritus Christi aeternus) iustificaretur, h. e. pretio satisfactionis & redemptionis pro genere humano plene soluto, atque adeo vadimonio praestito,

Ps. LXXI, 1.
Es. IX. 7.

I Tim. III,
16.

Hebr. IX,
14.

65 AL

praestito, in iudicio diuino absolueretur, ita iam penitus *PAX* illa in carne eius perficitur atque consummatur, nos enim, qui fide cum ipso euadimus vnum corpus, cum ipso iustificati, & ex iudicio diuino, quod nostro loco subierat, dimissi, iam *PACEM* etiam habemus cum Deo per Dominum nostrum Iesum Christum. Scilicet, opus iustitiae *PAX* est, vt plene diuine docet Propheta. Hoc est, postquam iustitiae restituta aeterna est, per satisfactionem iustissimo iudici praestitum, postquam redemptio re-
 Rom. V, 1. per Dominum nostrum Iesum Christum. Scilicet, opus iustitiae *PAX* est, vt
 Ef. XXXII, 17. plena diuine docet Propheta. Hoc est, postquam iustitiae restituta aeterna
 Dan. IX, 24. est, per satisfactionem iustissimo iudici praestitum, postquam redemptio re-
 Hebr. IX, 12. perta aeterna est: postquam iustitiae suae toga sponsam Ecclesiam amicituit
 Ef. LXI, 9. Sponsus, iam conquiescit quicquid prioris fuit inimicitiae. Peccatum
 Rom. VIII, 1. enim, quod eam alebat, quoad reatum suum per iustificationem Christi
 Rom. V, 2. sublatum est. Nullum amplius in eis *κατάσκηνα* est, qui sunt in Iesu Chri-
 Rom. V, 2. sto, non secundum carnem, sed secundum Spiritum ambulantes. Hinc
 Rom. V, 2. vero *προσάγωγη* liber accessus ad Deum, qualis sit ad eum, qui *PACE* at-
 que beneuolentia nobiscum coniungitur. Liber inquam accessus *τῇ πί-
 στει* eis *τὴν χάριν* ex fiducia atque *παρέσβειά* quam gratia in Christo exhi-
 bita nobis iam praestat: corde nostro iam pacato, neque nos condemnante
 amplius, atque adeo confidentiae ad Deum locum faciente. Cuius con-
 fidentiae ex *PACE* cum Deo tanta iam est securitas, vt non tantum ni-
 hil metuamus a supplicio, Christo enim pro nobis nocentibus dato, multo
 magis nunc eius sanguine iustificati, defendemur per eum a supplicio, verum
 etiam gloriari possumus in spe gloriae, certo nobis posthaec obuenturae,
 plenissimamque fruitionem fructuum *PACIS* illius consummaturae: Imo
 etiam hac vita gloriari in ipsis tribulationibus valemus, gnari apud eos
 qui Deum amant, h. e. *PACIS* vinculo cum eo coniunguntur, tantum
 Rom. VIII, 27. abesse, vt illae quippiam dulcissimae illi *PACI* obsint, vt potius ad eam
 confirmandam, & in bonum adeo cooperentur: imo gnari nihil esse quod
 v. 34. nos diuellere possit ab Amore Dei & *PACE* illa cum eo, non calamitatem,
 non angustiam, non vexationem, non famem, non nuditatem, non pericu-
 lum, non gladios. Quin denique haec *PAX* nobis facit precum ad Deum,
 & quicquid voluerimus, postulandi ab eo fiduciam. At vero nostra etiam
 ex parte rite illa colenda est. *PACE* enim illa fruuntur sublato iudicio
 Rom. VIII, 1. & damnatione, qui in Iesu Christo sunt, hoc est, qui per veram fidem,
 principium nouae vitae, ei intime tanquam membra capiti suo sunt con-
 iuncti: & qui virtute fidei illius, per charitatem efficacis, non secundum
 carnem ambulant, sed secundum Spiritum. *PACEM* enim cum Deo
 habere

habere, & cum hostibus eius militare quis possit? Quis possit lucem cum tenebris, Christum cum Beliale coniungere? Quis a Deo quae postulat, tanquam PACE & amore sibi coniuncto, impetrare, qui tamen, quantum possit, ei obnitatur, ipsi rebellis, & mandata eius pedibus conculcans? Scilicet coniuncta haec sunt: *quicquid postulamus, ab eo impetramus, quoniam eius praeceptis obtemperamus, eique morem gerimus.* Haec vero est eius praeceptio, ut in eius Filii, Iesu Christi, nomen credamus, & inter nos amemus. Ita vero cum Deo PACEM colentes, cum vniuersa etiam curia coelesti PACEM habemus. Nam per ipsum omnia conciliantur eis αὐτῶν, ut ipsi, pace coniuncta, obnoxia sint, ipseque princeps sit omnium: PACEM constituens per sanguinem crucis suae, per seipsum, inter ea quae in coelis sunt, & quae sunt in terra. Ut ita omnia, sub ipso, tanquam vno capite, agant, coelestia & terrestia, h. e. eis τὸ ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ τὰτε ἐν τοῖς ἁεράοις, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Ita vero inter homines quoque PAX constituitur. Sublato gentium discrimine, & μεσοτείχῳ ac septo, quod a Iudaeo antea Gentilem seiungebat, amoto. Christus scilicet PAX nostra est, qui ex ambobus unum fecit, septique interstitium abrupit, & inimicitias, legem praeceptorum in placitis positam, in SVA CARNE aboleuit, ut in sese ex duobus conderet unum novum hominem, faciendo PACEM, & ambos vno in corpore reconciliaret Deo per crucem, peremptis in ea inimicitiiis. Sicque adeo in Iesu Christo non amplius est Iudaeus, neque Graecus, non est neque seruus neque liber, non est vel mas vel femina, sed omnes unus sumus in Christo Iesu. Omnes Dei filii, vnitae fidei & spei, vnitae bonorum gratiae, vno proinde amoris affectu coniuncti: unum corpus & unus Spiritus, quemadmodum in vnā conditionis nostrae spem sumus vocati, vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & Pater omnium, qui est super omnia, & per omnia, & in omnibus. Atque haec est PAX, quam PRINCEPS ille PACIS tam merito suo, quam efficaci in nos influxu nobis praestat. Haec PAX, quam nobis reliquit, PAX EIVS, quam nobis dedit. Haec PAX, a qua ipse denominatur PAX nostra, qua ipse PAX nostra nos facit esse PACATOS, ut Hieronymus aiebat, Haec PAX, quam ista die hominibus gratulati sunt Angelorum chori, PAX IN TERRA concinentes, & laetantes, terram non amplius ardere furore Dei, cuius symbolum in Sina conspectum fuerat, sed gratiosis gloriae diuinae

I. Io. III, 21.

Col. I, 20.

Eph. I, 10.

Edh. II, 14.

Iq.

Gal. III, 28.

Eph. IV, 4.

Io. XIV, 27.

ad Eph. II, 14.

333

Luc. XIX. diuinae radiis, qui pastores circumfulserant, collustrari. Haec PAX, qua
 38. publicata, choris Angelorum respondentes, concinunt homines PAX
 IN COELIS coelum sibi apertum, fauentem Deum, conciliatos an-
 Philipp. IV, gelos eius gaudentes. Haec PAX DEI, *omnem mentem exuperans,*
 7. *animos & cogitationes nostras in Iesu Christo custodiens.* Hac PACE
 Coloss. III, *in animis nostris vigente* Natalem Principis PACIS celebremus o Ciues.
 15. Facessant longe improbae rationis contra fidem in PACIS Principem,
 apparentem in carne, passionibus PACEM conciliantem, spiritu iusti-
 ficatum, iustitiam, & fructum iustitiae, PACEM, nobis comparantem,
 tumultus. Facessant affectus rebelles, carnisque affectatum in nobis
 imperium. Facessant odia & fraternam charitatem turbantia disidia,
 quacunque larua induta Erinnyes ea accendere cupiat. PRINCIPEM
 PACIS pectoribus nostris, domicilia PACIS quae sint, excipiamus.
 Huic studio nostro accendendo, destinata est sacra Oratio, quam in Cra-
 stina die solenni, *ipsa meridie*, ad excitandas pias meditationes ad-
 versus Principem PACIS & *gloriae*, ex templi Paulini vmbone recita-
 bit vir Iuuenis clarissimus, & eruditione, ceterisque animi dotibus, ac
 probitate inprimis, & reuerentia in Principem PACIS, ornatissimus,
 M. IVSTVS GOTTHARDVS RABENER, Lipsiensis. Quem
 pie atque erudite verba facientem, vt tempore atque loco indicato au-
 dire & praesentia sua hanc sacram panegyrim solenniore reddere di-
 gneantur *UTRIUSQUE REIPUBL.* PROCERES & *Acade-*
miae Ciues, est, quod rogatos eos humanissime cupimus. P. P.
 Vigiliis Festi, Natali Domini sacri, d. XXIV. Decembr.
 A. clolccc.

LITTERIS MVLLERIANIS.